



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Resolutorium dubioru[m] circa celebratione[m] missa[rum] occurrentiu[m]

Heynlin, Johannes

Colonie, 1501

VD16 H 3452

Arti. iij. Resoluit septem dubia que oriuntur circa ieiuniu[m]. so brietatem.  
[et] somnum ministri.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34702**

# Capitulum

- scientiam probari potest. Est autem tempus probationis arbitrarium iuxta discretionem prelati pensantis circumstantias persone vel dignitatis vel alia huiusmodi
- Dubiū** **vi**  
**Solo.** Utrum aliquis sacerdos existens in peccato mortali possit conficere hoc sacramentum et licite celebrare.  
**Solo.** Conficere potest sed non debet. quia profecrando peccat mortaliter. Unde cum talis celebrat duo peccata mortalia distincta committit. Unum quod indigne consecrat. aliud quod indigne sumit.
- Dubiū** **vii**  
**Solo.** Utrum celebratur? teneat esse certus quod non sit in peccato mortali.  
**Solo.** Triplex inuenitur certitudo. Quedam supernaturalis. que per solam diuinam reuelationem habetur. et talis hic non requiritur. Alia est naturalis qua quis per sensum vel intellectum euidenter certus est de aliquo. et illa etiam hic non est necessaria. Tercia est moralis siue civilis. que nec habetur ex reuelatione diuina. nec ex euidentia rei. sed ex probabilibus coniecturis magis ad unam partem quam ad alteram inclinantibus. et ad istam tenetur celebraturus in proposito dubio. ut scilicet post diligentem et sufficientem conscientie discussionem (de qua infra capitulo sexto articulo primo) certus sit modo predicto se non esse in peccato mortali. et hec certitudo hic etiam sufficit.
- Dubiū** **viii**  
**Solo.** Quid sentiendum sit de eo qui licet non sit in peccato mortali. tamen sine conscientiam scrupulosam estimat se esse in peccato  
**Solo.** Talis debet vel conscientiam scrupulosam deponere. vel desinet a celebratione cessare.
- Dubiū** **ix**  
**Solo.** Quid agendum sit si sacerdos postquam missam incepit vel ad incipiendum preparatus recordatur peccati mortalis de quo non est confessus  
**Solo.** Talis debet penitere cum proposito confitendi et satisfaciendi. et si habere possit confessorem statim confiteatur. nisi hoc absque graui scandalo fieri non possit
- Dubiū** **x**  
**Solo.** Utrum perpetrans peccatum luxurie et statim post hoc penitens et confitens possit licite illo die celebrare  
**Solo.** Non licet. sed abstinere debet ad minus per viginti quatuor horas. ut supra dictum est in articulo. ij. de polluto pollutione nocturna
- Arti. y.** ¶ Resoluit septem dubia que occurrunt circa ieiunium. sobrietatem et somnum ministri celebraturi
- I**  
**Solo.** Utrum sacerdos non ieiunus possit conficere et celebrare.  
**Solo.** Duplex est ieiunium. Unum est ecclesie. quo scilicet quis unam comestitionem unius diei non transgreditur. et hoc non soluitur per sumptionem medicine vel aliorum que non nutriunt dummodo in parua quantitate sumantur. Tale ieiunium non sufficit celebrandi. Aliud est ieiunium nature. quod est priuatio cuiuscumque suscepti in stomachum vel viam ad stomachum occupans per modum cibi et potus. siue nutriat siue non. vel per se vel cum alijs. Suscepti dicimus a principio diei a quo quis dicitur ieiunus. hoc est a mediano nocte. et tale ieiunium requiritur ad celebrandum. Unde si quis non

## Secundum

fit hoc modo ieiunus. Quis possit perficere et celebrare. tamen non debet. quia graviter peccaret. Et ideo cum quis est plures missas eodem die celebraturus non debet sumere ablutiois vinum. nisi in ultima missa. ut inferius circa resolutionem ultimi dubij articulo quinto huius capituli latius dicitur

**¶** Quid agendum sit si quis post missam inceptam recordetur se ieiunium soluisse.

**Solo.** Si recorderet hoc ante consecrationem tutius est quod cesset. nisi graue scandalum timeat. si post consecrationem. precedat et perficiat non obstante quod non sit ieiunus. quia preceptum de perceptione sacramenti maius est quam preceptum quod a ieiunis sumatur.

**¶** Utrum transglutians reliquias que post comestionem in ore remanserunt possit celebrare.

**Solo.** Si casualiter transglutiantur non impediunt celebrationem. quia non traieciuntur per modum cibi. sed salivae cui permiscuntur. Si vero studiose id fiat abstinendum est.

**¶** Quid si quis gargarisando. vel os mutando parum de aqua aut de vino transglutiat

**Solo.** Sicut in dubio precedenti.

**v** Si quis tarda hora comederit vel biberit et nondum digesserit illum cibum. utrum ei liceat celebrare.

**Solo.** Si ex hoc non reddatur multum indispositus ad debite celebrandum. tunc licet. Si vero ex hoc multum turbetur et indisponatur tutius est ut abstineat. Unde dicitur glossa. circa canonem Nichil. vij. q. prima. Si quis etiam ante mediam noctem comederit. et adhuc sentiat eructationes ex non digestionem cibi. quod diu cibum sentit non celebrabit.

**¶** Utrum patiens vomitum vel iam passus licite possit celebrare

**Solo.** Si quis ex infirmitate sustineat illam passionem. debet abstinere quousque sanetur.

**¶** Quid si per totam noctem non dormierit

**Solo.** Sicut in precedenti dubio Dicit enim glossa in. c. Constituerit. de accu. de vinolento qui in terna pnoctavit. et altera die nulla premissa dormitione celebravit. quod non videtur ieiunus sed pransus celebrasse propter indigestionem. Et glossa circa canonem sacramenta de secreta. dist. i. Ieiunium inquit celebrata digestionem.

**¶** Resolvit quinque dubia circa celebrationis abstinentiam eiusdemque frequentiam occurrence. **Arti. liij.**

**I** Utrum liceat sacerdoti abstinere omnino a celebratione.

**Solo.** Si sacerdos per sententiam ecclesie sit ordinis executione privatus. vel si debilitate aut egritudine factus sit impotens vel ineptus ad celebrandum. tunc non tenetur celebrare. Si vero non sit privatus potestate celebrandi aut alias factus impotens tunc non licet ei omnino abstinere quin saltem teneri videatur ad celebrandum in propriis festis. et maxime in illis diebus in quibus christifideles communicare consueverunt.

**Dubium**

**Dubium**

**B ij**